

Prosæ Tomus ...

Conti, Giovanni Battista Rom, 1704

Prosa VI. De Divo Joanne Evangelista.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69458

52 Prosa Quinta.

Ouod siad extremum juvat mentis aciem à fundamentis in culmen vel tantisper attollere. Videte: hæc est mulier primæve labis expers, & pura: Hæc cælestibus donis affatim dives: Hæc est quæ animo simul, & corpore ante generalem corporum extincto. rum ad vitam reditum ex torrente voluptatis æternæ beatitudinem totam jam haurit. Quid plura? Paucis omnia ut concludam; hæcilla est, ex qua corpoream duxit originem cæli, terræque, rerumque universarum origo, corporatus Deus.

PROSA SEXTA.

De Divo Joanne Evangelista.

ORATIO.



Thi præclarus Aposto. lus, & Evangelicæ Historiæ Scriptor Joannes mirificum undecumque de se ipso spectaculum in ejus vitam, & sanctiffi-

mos mores nobis intuentibus exhibet; cer-

Profa Sexta. certum tamen mihi est in præsentia Auditores quoddam vobis spectaculum ponere, minus fortasse obvium, at sanè suspiciendum, mirandumque vel maximè, quod non iple de se Joannes, sed hinc Romanus, qui tum in_ terris dominabatur Princeps; inde verò Principum omnium Dominus, qui cælum, orbemque terrarum æternis legibus temperat, in Joanne ipso luce, & palam præbuerunt. Humanælibertatis assertor Deus, & Domitianus Imperator, dispari nimirum destinatione, & voluntatibus omnino contrariis certamen ineunt in Joanne: cujusmodi certamen id fuerit, quotcumque mihi humanissimi adestis Auditores, adeste mecum una spectatores animis, & cognoscite.

Christus Servator in fovendo, in tutando, in exornando Joanne sedulus, & supra quam cogitari potest, indulgens, ac liberalis:contra Domitianus Princeps ad Joannem opprimendum semper effæratus, & impotens: Eæ sunt diversæ destinationes, voluntatesque certantium contrariæ, hoc contrariarum sudium, certamenque voluntatum. Jam

is

el

re

) =

)-

11 ia

2=

2

0.

cæ

0

11" So

us

fi.

t;

4 Prosa Sexta.

ipso in calore certaminis, ipsaque (ut sic dixerim) in arena pugnatores ambos aspicite; nec tantum Christi amatoris benignitatem, sed etiam Domitiani osoris crudelitatem (ipso reluchante Tyranno) emolumentum, atque ornamentum Joanni peperisse singulare jam videbitis. Et quidem recensere statim hie possem, quemadmodum Christus Dominus in summi montis fastigium Joannem adduxerit, dum quodam quasi fulgure suæ divinitatis promicantisextra susceptæ humanitatis nubeculam inflammare illum raptim, & per fugientem velut illecebram voluit ad vehementiorem supernarum rerum cupiditatem. Recensere hic postem, quemadmodum Joannes in illo supremæcœnæritusolemni, & mystico super amantissimi Præceptoris pe-Etus caput reclinaverit suum, & adil. lud divini amoris spiraculum blandè consopitus id sapientiæ divinitus hauserit, quod curæ mortalium cæterorum ad maciem usque infeliciter vigiles nec minima aliqua ex parte delibare unquam noverunt. Commemorare denique possem, uti Deus serali suffi-

XUS

XI

in

VI

tr

Prosa Sexta. xus ligno Joannem ipsum SS. Genitrici in sui locum commiserit, atque ipsam vicisim crediderit Sanctissimam Genitricem Joanni · Hæc, & si quæ sunt alia divini in Joannem amoris argumenta transmitto: Jam jamque propiùs ad acerrimum illud certamen, cui vos interesse animis velim, accedo. Romæ primum Dei clementia, & Domitiani violentia in Joanne decertant. Jubet truculentissimus Tyrannus, illibatum, ac virgineum Joannis corpus in ahenum oppletum oleo, atque ignibus quaqua versum exæstuans demitti, ut horribiliter excruciatum tandem inter illos extingueretur ardores. O Tyranni ferocis imperium! O inauditæ immanitatis audaciam? At qua se ratione Deus objecit, & contra certavit in Principem? Portento feritatis miraculum benignitatis opposuit: illæsum servat Joannem mediis illis fervidi liquoris in æstibus; & ebullientis aheni supplicium in roscidi humoris temperiem vertit. Hoc, ut videtis, in certamine primas retulit Deus. An verò Tyrannus abjecto tunc animo concidit, absistitque, & conversis studiis amare inci-DIE

Profa Sexta. pit quem odiis persequebatur infensis? Nil magis à sævissimo pectore alie. num: Dei tutelam, & benevolentiam in Joannem Principis Romani crude. litas iterum provocat. Quem præpotentis Dei virtus à furore undantis aheni paulò ante servavit, Domitianus nihil vi, pompaque miraculornm deterritus ad Ægei Maris Insulam in exilium pellit. Quid porrò ad solandum insontem exulem inter illas desertæ regionis vassitates, ac rupes molitur Deus? Quid Deus molitur? O nova, atque excelsa divinæ charitatis inventa! O ingeniosam Parentis, ac Tutoris Dei propensionem in filios! Inter steriles illos, ac præruptos Insulæ horrores cælum patet Joanni, & per quæ. dam velut figurarum lineamenta immortales, divinæque innumerabilium, ac sublimium rerum cum presentium, tum futurarum notiones mortalibus unius hominis sensibus illabuntur. Itaque de exilii squalore, ac situ voluptatem secit cælestem Deus, & pænam solatiis inundavit. Vicit igitur prodigiosus Dei erga Joannem amor; victa est portentosa Imperatoris adversus Joan-

Profa Sexta. Joannem impieras. Non sat habuisti Domitiane, tuam tot cladibus infamem reddidisse sævitiam; in maximam quoque Christi Domini curam, in_ maximos amores ausus es desævire. Nimis certè infeliciter crudelitatem exercet, fatigatque suam qui nec tutos esse Deo suos amores, suam curam, suas delicias patitur : atqui Dei deliciæ, Dei cura, & amor Joannes est: & tu immanissime ad perdendum Joannem_... toto impetu nefariæ crudelitatis aggrederis? Haud mirum proinde, quòd incas. fum recidat cum universo conamine & molimine suo crudelitas tua.

Tibi verò integerrime, & sanctissime, illibataque virginitate præsulgens
Joannes non modò Dei in te desendendo contra Domitianum victoria, sed
ipsamet Domitiani devicti ignominia
in magnu cedit selicitatis, & honoris tui
proventum; alterius quippe erga te benevolentia dum malevolentiæ repugnaret alterius, ad magnisicentiam usque prævalentium miraculorum seprodidit: Deique in te amorem, pro
te savorem magis, ac magis exacuerunt livor, atque suror Tyranni.

C 5 PRO

5.3

e.

n

e-

).

e. !-

10

į.

n

E

r

2

S